



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

2. Quibus modis possessio comparetur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)



lex loci ff. de acquirenda p[ro]p[ri]etate leg. si fructus §. finali ff. de usucapio ibi. Verum si certitudo sit, ex parte loci, & quota incerta sit, nempe si tibi vendatur merces, determinato loco contenta, affirmat Bart. dicta leg. 3. §. incertum ff. de acquirenda p[ro]p[ri]etate ff. Alexand. ibi post p[ri]mo. lason col. 2. quæri possessionem posse, quia eo casum videtur determinatum esse quod possidendum est. Sed hoc verum esse existimo casu quo nulla alia merces eo loco contenta essent præter eas quæ tibi conceduntur, tunc enim possidendam determinatam est. At si alia merces ibi exsistant, tibi que sint concessæ quæ sub donatio concedentis apparuerint nulla tibi possessio quæri potest, quia nequis signare partem que tibi competat. Vt colligitur aperte ex leg. si fructus §. de usucapio. ibi incertam partem possidere nemo potest, idcirco si plures sint in fundo qui ignorent quotam quisque possideat, nomen eorum mera subtilitate possidere Labio scribit. Et leg. locus vers. ff. de acquirenda p[ro]p[ri]etate ibi incerta autem pars neque traditur, neque usucapitur potest: veluti si tibi tradam quidquid mei iuris in eo fundo est. Atque ita tenet Arctin. in dicta leg. lo. us no. 2. vol. 1. vers. 3. Vincent. & Roman. ibi. & Anton Gomez. d. leg. 45. num. 96.

8 Sed an requiratur quod tam tradens, quam accipiens possessionem incerti sint rei possidendæ? Non conveniunt Doctores. Nam Gioffan. dicta leg. 3. §. incertam. Innocent. in p[ri]mo. Arctin. ibi. Alexand. numer. 2. lason col. 2. Vincent. numer. 4. censent necessarium verumque incertum esse: in si certus sit accipiens, rei possidendæ, non est dubium illius possessionem comparare posse. Si verò tradens possessionem certus sit quæ quæ tradit, eo ipso accipiens videtur consensus existere per relationem ad tradentem. Argum. n. leg. certum ff. si certum petat. leg. institutio. tuis. ff. de conditionibus institutum leg. si quis extraneus §. fin. ff. de ag. arrend. heredit. Verum est hæc sententia communis & probabilis sit, veritatem existimo quam tradit Socii. in d. §. incertum col. 2. vers. ex quibus infero: quam sequitur Ant. Gomez. dicta leg. 45. Tauri. numer. 96. certitudinem ex parte tradentis, posita incertitudine ex parte accipientis insufficientem esse. Nam cum per se & non per tradentem tanquam per procuratorem possidere debeat, certus ipse debet esse rei possidendæ, aliter non poterit eam corpore & an. mo apprehendere, & manifeste probat. dicta leg. 3. §. incertam. Siquidem supponit eum qui tradit rem possidere ac proinde illius consensum esse, sed quia accipiens incertus illius est à possessione accipiendâ impeditur. Ad idem est d. leg. lo. col. §. fin.

§. II.

Quibus modis possessio comparatur?

- 1 Apprehensio necessaria est ad comparandam possessionem.
- 2 Qualiter domus, & qualiter servituti possessionem comparare debeat?
- 3 Ex eo quod coheres tibi cedat partem hereditatis non censetur illius possessionem habere.
- 4 Ad possessionem rerum mobilium sub aliquo loco inclusarum facta est loci possessionem habere.
- 5 Apprehensio facta requiritur possessio per visum, & oculorum aspectum.
- 6 Item per traditionem instrumenti.
- 7 Dicitur traditione clauisium.
- 8 Si rem vendas reservo tibi ususfructum.
- 9 Si rem emptam condidit.
- 10 Si signa, & possessionem rem tibi venditam recipias.
- 11 Item rei alienata custodia quaritur possessio.
- 12 Item rei signatione.
- 13 Item clausula constituit.
- 14 Quæstio: si movetur inter constituentem, inter eum in cuius favorem apponitur clausula constituiti semper est iudicandum hunc possidere.
- 15 Si constitutus post appositionem clausulam constituiti rem alteri vendat, & tradat, hæc secunda venditio subsistit.
- 16 Legi dispositione, etiam absque vultu apprehensionis quaritur possessio.
- 17 Servitutum possessio quaritur si habens titulum mittaris à possidente in iudicium.
- 18 Denique quaritur per visum, & exercitium tanquam ex iure devium.

Triplex via possessio comparatur. apprehensione vera, apprehensione ficta, legis dispositione. Vera apprehensio necessaria est ad comparandam possessionem rerum vacantium, ex decisione legis 1. ff. de acquirenda possessione & lege naturaliter. §. illud de acquirendo rerum domin. & §. illud in iudic. de rerum divisione, & pluribus comprobatur Anton Gomez. leg. 45. Tauri n. 48. Coartur. 3. variav. cap. 6. n. 7. Molna. disp. 3. p[ar]t. in titum Item ad comparandam possessionem rerum que ad Priori Domino non conceduntur semper requiritur apprehensio vera, ita vt nec Iudex, concedere possessionem possit prædicta apprehensione deficiente, Ferd. de Castro. de iur. & iur.

nisi id proveniat ex resistentia, seu obstaculo prioris Domini, quia in eo eventu visu vel verbo traditio potest colligi, ut exprimitur ex leg. cum vultus §. fin. cum lege sequenti ff. de locis antiquor. iud. possidend. vt pluribus probatur Anton. Gomez. d. leg. 45. n. 54. Mol. disputat. 13. §. est initium. Lefsius. cap. 3. dubitat. 1. numer. 46.

Vt domus, prædij, fundi integrè possessionem habeas non est opus omnes eius partes intrare, sed satis est si aliquam illius partem intras animo totum fundum possidendi. Vt habetur leg. 3. in p[ri]mo. ff. de acquirenda p[ro]p[ri]etate ff. nam cum fundus vnicus sit qualibet parte illius apprehensa tenentis totum apprehendere. Vt bene consideravit Innocent. in cap. dilectum de capellis. Monachor. Anthea. in cap. in li. cr. n. 30. de restitut. spolior. & alij quos refert & sequitur Anton. Gomez. dicta leg. 45. numer. 46. Secus verò esset si seruitutem itineris, vel aquæ ductus in eo fundo comparare velles abique consentu Domini: quia eo casu solem eam partem fundi, quam intras censerebatur seruituti subiacere, non alias: quia ius seruitutis dicitur esse, & vni parti fundi, & non alteri communicari potest. Vt probatur leg. 1. §. iudicium. ait. de itinere, ad iugum priuato. Secus esset si ex voluntate Domini intendenti in totum fundum seruitutem concedere jure intrares quia eo partiali ingressu integrum fundum seruituti subiaceret. Vt aduertit Anton Gomez. numer. 36. consimilique optime ex Doctrina Bart. communiter receptam dicitur leg. 3. in co. §. fin. ff. de acquirenda p[ro]p[ri]etate vbi inquit. si quis quærit ius iudicium in territorio alieno vnico actu ex voluntate Domini: ibi demum exercitio censendus est illi. in integrè quæsitio: & si propria persona illam quærit determinationem quæ ad iudicium exercitium obtinuit. Ad hæc tamen Doctrina excipiendus est iustus ductus, hic enim cum totum fundo communis sit comparato quoad vnam partem fundi, quoad integrum fundum comparatur censeri debet. Vt notatur Molna. d. d. §. 14. as one 13. in iudic.

Quod si domus, prædia & fundus distincti sint, vel quia distincti, vel quia diuersis nominibus nuncupantur non est satis vnus possessionem accipere, vt omnes possidere censentur, sed debet necessariò intrare & illius possessionem apprehendere, vt colligitur. ex leg. Causa. etus. §. Titus de legat. 20. & ibi Paul. de Castro. & lege si quis duas §. si quis partem vers. plane ff. de mania praediorum. & tradit Anton. d. leg. 45. Tauri n. 38.

Difficultas solum est, si simul cum alio eses institutus hæres, & diuisa in partes hereditate, adires possessionem partis tibi competentis, alter verò cederet hereditati, an eo ipso censentur omni hereditatis possessionem assecutus? Ratio difficultatis est, quia facta cessione omni hereditas tibi accrescit, ergo & possessio maxime cum possessio in vna parte hereditatis extendi possit ad aliam partem eadem accrescentem, quia in possessione us accrescendi admitti debet. argum. d. §. quod in co. §. de ac. randa possess. & ibi Glofa. Atque ita tradit Curtius Iunior leg. unica. num. 49. Cod. quam non potest parte. Sed rectius contrarium docuit Bald. ibi n. 3. Sebastian. Sapia ibi n. 63. Anton. Gomez. d. leg. 45. Tauri n. 104. eo quod pars illa hereditatis que accrescit omnino sit distincta, & diuisa ab ea quam primò possedisti. Ergo prima possessio ad eam extendi non potest, secus si non extenditur possessio vnus domus ad possessionem alterius distinctæ. Neque obstat ab alio cessione integram hereditatem tibi competere; quia id provenit ex eo quod hereditatis titulus vnicus iam sit indiuisibilis: titulus possessionis diuisibilis est iuxta rerum possessarum diuersitatem. Possessio autem vnus, partis ad partem accrescentem per continuationem extenditur non tamen ad partem que toto titulo remitti accrescit.

Illud est certum ad possessionem rerum mobilium que in aliquo loco continentur includi, satis esse possessionem illius loci comparare animo possessionem mobilium ibidem contentarum comparandi. argum. Textu. in leg. clausibus. ff. de contr. heredit. emptione leg. si ego §. deus quærit causa. ff. de iur. do. rum leg. quod in co. §. si venditorum. ff. de acquirenda p[ro]p[ri]etate leg. 3. §. si rem seras eodem tit. Neque obstat leg. si quis iur. ar. ff. de acquirenda p[ro]p[ri]etate. Vbi qui possidet domum non censetur possidere ibidem contenta quia intelligi debet de possessione singulari, & determinata. Secus de possessione accessionis. Vt exprimit Anton. Com. d. leg. 45. n. 49.

Apprehensio autem facta acquiritur possessio intentione voluntate prioris Domini possessionem tradentis: Primò per visum, & oculorum aspectum præcedente titulo habili, ex leg. si iur. et leg. quod meo §. si venditorum. ff. de acquirenda p[ro]p[ri]etate leg. 3. §. de reg. iur. §. o. tit. 30. par. 3. ex dispositione namque iuris censetur videns suis oculis tanquam manibus rem possidendam apprehendere, Vt docuit Bartol. leg. 1. n. 1. ff. de acquirenda p[ro]p[ri]etate ff. Panormit. cap. 2. col. de co. suctud. Gregor. Lopez. d. leg. 6. Anton. Gomez. leg. 45. Tauri n. 45. Molna. disp. 3. vers. his ita constituit.

Secundò per traditionem instrumenti, seu scripturæ, vbi continetur ius vel titulus rei possidendæ; eo namque ipso quod rem dones, vel vendas cum illius Dominus sit, & emptori, seu donatario tradas tituli, & iuris scripturam censetur possessionem illius concedere, vt colligitur. ex leg. 1. Cod. de p[ro]p[ri]etate. & ibi Glofa, & lege regis. §. sit. §. 10. par. 3. Nam traditio scripturæ



centetur res ipsa fictione iuris tracti; aliàs ipsa scriptura traditio inuicis esset. Vt bene considerant Salicet, in leg. lices. Cod. de acquirenda possess. Quod verum habet tam in rebus mobilibus, quam in immobilibus, cum prædictæ leges generaliter loquantur, & ratio adducta æque possessioni mobilium ac immobilium conuenit vt bene aduertit Ant. Gomez. d. leg. 45. n. 56. Gregor. Lopez. d. leg. 8. verbo de las cosas & Montaluis. ibi. Et idem est siue res possidenda absens sit siue præsens quia dicta lex, i. generaliter loquitur, & præsentia instrumenti ipsam rem traditam repræsentat. Vt notauit Glossa. in dicta leg. 1. & ibi Bald. Salicet. Angel. Ioann. Faber. relati à Gomez. supra num. 58.

Notanter dixi *traditione scriptura, in qua titulus & ius traditionis conuenitur*, vt indicarem insufficientem esse traditionem scripturae de qua confecta super alienationem de præsentia factam; vt colligitur, ex dicta leg. 1. & tradit ibi ex communi sententia Petr. Cynus, Alexand. Alberic. Bald. Salicet, Immo. leg. 3. ff. de acquirenda possess. col. 1. Aretin. col. 2. Alexand. notab. 3. & alii quos sequitur Gomez. dicta leg. 45. numer. 57. In regno tamen Castellæ contrarium est dicendum ex leg. 17. & 44. Tauri ex leg. 8. r. 30. p. 3. vt bene aduertit Gom. supra Mol. disp. 13. circa med.

Tertio traditione clauum communicatur possessio mercium sub illis contentarum. leg. clauibus ff. de contrahenda emp. leg. quæ ratione. §. item si quis res. ff. de acquirenda rer. domin. & §. item si quis merces in fide. de rerum diuis. & leg. regia. 7. r. 30. par. 3. Etiam cum res illæ sub custodia clauium existant traditis clauibus, res ipsæ fictione iuris traduntur, cum faciliè apprehendi, & occupari possint. Oportet autem, vt claus. concedantur in præsentia domus in qua merces alienatæ continentur. Vt colligitur ex dicta leg. clauibus. dum dicit, si claus. apud horrea, id est coram horrea traditæ sint, iuxta legem de iuro in prin. ff. ad municipium. §. leg. eam pro quo. ff. de in ius vocando & ex leg. 1. §. si iussim ff. de acquirenda possess. vbi postquam dixerit per visum, & aspectum concedi possessionem subiungit Textus, & vna tradita videri, cum claus. celle vinariæ traditæ fuerint; supponit ergo claus. in præsentia loci merces continentis tradi debere, quod expressius decidit, leg. regia. 7. r. 30. par. 1. Neque obest, per aspectum, & visum possessionem queri, vt dicamus non esse opus claus. in præsentia concedi. Nam vt rectè considerauit Anton. Gomez. dicta leg. 45. Tauri. num. 61. in præsentia non est sermo de possessione domus, sed de mercibus ibidem contentis, quæ non videntur, tamen domus contentis videntur: præterquam quod nullum est inconueniens quod duplici titulo possessio concedatur nempe visu, & clauum traditione.

Hæc referri potest traditio instrumenti, quo equus, leo, aliudve animal ducitur, & gubernatur. Si enim hæc dum animali adherere alteri tradas in signum cõ esse possessionis censuris animalis possessionem concedere quia nulla alia via aptiori apprehendi animal potest. Sicuti resoluit, Glossa in §. si in si quis merces in fide. de rerum diuisione, quam sequitur ibi Faber & Socin. cons. 55. n. 9. volum. 4. Anton. Gomez. dicta leg. 45. Tauri num. 62. Molina. disp. 13. post initium.

Quinto si rem vendas, dones, aliõre contractu translatio dominij alienes referat tibi usufructum, eo ipso absque alio actu censuris possessionem tradidit. Vt colligitur ex leg. quis ius leg. si quis argentum. §. sed si quidem Cod. de donationibus. & leg. regia. 9. r. 30. par. 3. Et tradit ex communi sententia ibi Gregorius Lopez. Ant. Gomez. plures referens numer. 63. Molina. disp. 13. in medio. Etiam cum usufructus constituit non possit in propria re leg. vti fru. ff. si usufructus potatur. & leg. cum in fundo. ff. de iure dotum necessario dicendum est proprietatem rei translatam esse in accipientem, vt usufructus perstiterit possit. Hanc Doctrinam extendit optimè Glossa. leg. 1. §. finali verbo emerit. ff. de rebus eorum, quam sequitur, & commendat Faber. §. interdum post prin. in str. de rerum diuisione. Anton. Gomez. & Molina. locis citatis, vt procedat quoties alienando referatres tibi aliquid ius incompatibile cum proprietate nempe fructu, emphyteusis, vel pignoris. Vt enim prædicta referatio valida sit necessatio rei proprietatis, illiusque possessio ciuilib in alterum translata esse debet. Neque ad hanc possessionem concedendam opus est rem alij natam, & in qua re usufructuarium constituit præsentem esse. Vt colligitur ex dicta leg. quisquis, vbi sola constitutio usufructus censetur sufficere ad possessionis translationem, nulla mentione facta de præsentia rei. Præterquam quod in leg. si quis argentum. §. sed. si quidem Cod. de donationibus, satis indicatur absentibus rebus queri illarum possessionem constitutione usufructus, siquidem ex donatione omnium bonorum, & constitutione usufructus in illis bonis possessio traditur, cum tamen verisimile non sit omnia bona præsentia fore. Vt bene aduertit Anton. Gomez. dicta leg. 45. numer. 65.

Quinto condictione queritur conductori possessio Si enim rem vendas, dones, aut alio titulo dominium transferent alienes & ab emptore, seu donatario eam pretio determinato conducas, eo ipso cenuris absque alio actu ei possessionem concedere. Si qui habetur leg. quædam missor. ff. de rei vindicat leg. qui bo-

na filo §. 1. & leg. interdum §. vlt. ff. de acquirenda possess. leg. serui emptor. ff. de pignoris, & commoda rei vendit. & leg. 4. r. 30. par. 3. Et tradit pluribus relatis Anton. Gomez. leg. 45. Tauri num. 7. 66. Mol. dicta disp. 13. post medium. Ratio manifesta, quia nemo censetur propriam rem conducere, sed alio nam vt legitur conductio submissa necessarium est tibi in locatorem translationem effectuatori namque per conductorem creaturam rem conductam possidere. Quod verum est siue res præsentia siue absens tempore contractus, vt notauit ex dicta leg. Anton. Gomez. & Molina. locis allegatis. Notat vero Alexand. in leg. qui vnusquisque §. quod per colonum ff. de acquirenda possess. Anton. Gomez. num. 68. March. de Allicitis decis. Nequid. 167. n. 5. Ioann. Gutier. in reuotis. Textus. in cap. pro de hereditate qualitate n. 77. heredem illius cuius & colonum contractum contrarium cum eo renoues vel pensionem soluis. At casus tibi ob hanc causam possessionem comparare, cum tu nullam illi possis concedere, vt qui nullam habes, sed possessionem comparas ratione aditæ hereditatis in qua defunctio locuetur.

Sexto queritur possessio venditione, donatione, aliare simili alienatione rei apud te in pignus depositum, commodatam, locatam detentæ. Nam facta ea translatio dominij tibi detentæ proprio detinet ac prouide illius possessionem acquisit, & potest Textus. leg. quæ ratio est. interdum leg. si serui meus §. si de acquirenda rer. dom. leg. 3. §. illud quod est de a quæ. ff. de rei quæ apud efferit ff. de euctionibus. §. gatus r. 2. n. 1. argenti cond. tit. §. fin. ff. si certum peto n. 3. ante dum in fide. de rerum diuis. n. 2. leg. regia. 47. r. 28. par. 3. & leg. 9. r. 30. alim. par. 1. & tradit in dictis legibus. Gregor. Lopez, & Montaluis. Anton. Gomez. leg. 45. Tauri. num. 69. Molina. r. 2. n. 4. disp. 13. post medium. Quod adeo verum est, vt etiam res sit absens ad huc tibi queratur possessio non quidem naturalis, sed ciuilib, quia sola ciuilib possessio in te transfertur potuit ab alienante, cum tibi ipse absente re possessionem naturalem habuerit. Quod si neges ad possessionem acquirendam traditio requiritur in hæc absente re nulla videretur adesse. Respondendo adesse traditionem ciuilem, quia tradit tibi ea ciuilib possessio quam titulo pignoris, commodatæ, vel depositi habes ex nouo titulo dominium transferebat.

Notanter dixi si tibi dimittatur res ex donatione, venditione vel alia simili alienatione habili ad transferendum dominium, nam si solum ex causa transactionis dimittatur absque intentione tibi concedendi illud dominium, sed iolum cedendi tibi, nequam ex ea cessione vfucapienti condictionem acquirit. Vt probat lex. sine apud acta. r. 1. Cod. de transactionibus. & leg. si super possess. si quis maior. leg. si pro fundo eadem tit. At quia regulariter in his transactionibus actor cedit possessionem omne ius quod in rem habet, & ex vi illius cessiois acquiritur possessio dominij, & possessionem illius h. cedens Dominus erat, sin minus vfucapienti condictionem habet. Vt aduertit, & pluribus comprobatur Anton. Gomez. dicta leg. 45. n. 60. 72. & 73.

Septimo queritur possessio per rei alienatæ custodiam. Si enim acceptare titulo donationis, emptiois aliove dominij translatio ex voluntate illius à quo rem accepit custodiam apponas, tamen si custos nesciat ad quem est. Cum appositus sit comparas illius rei possessionem vt aperit colligitur ex leg. quæ ratio est. interdum leg. de acquirenda possess. & tradit alios referens. Anton. Gomez. supra numer. 74. Molina. disp. 13. post medium. Custodis namque apprehensio, & possessio tenentur: si cum ipso mittentis argum. Textus in leg. qui autem §. ff. de constituta pecunia. Quod verum est siue res mobilis sit siue in mobilis, vt aduertit Bald. in leg. traditionibus. Cod. de p. lib. Molina. supra. Sed an hæc custodia apponenda sit tempore contractus, & in præsentia contractum presentia Non conueniunt Doctores. Nam Glossa penult. Angel. Alberic. Cuman. Alexand. in dicta leg. quæ ratio est. verum. videntur in partem affirmatiuam propendentes, eo quod dicta lex id ipsum indicat dicens, si autem legatum emerit, & cum venator tollit me iussor, simul atque appositam appositam tradit us mihi videtur. Quibus verbis indicatur appositam fuisse eo tempore quo venditio celebrata est, neque adeo in contractum presentia Quod si dicas inde inferri nullius esse utilitatis custodiam appensionem, si quidem per præsentiam iam esset quæsitæ possessio? Respondet Ioan. de Immo. leg. 3. post prin. ff. de ac. vinda p. 1. sed id intelligendum quod de rebus domi clausis & qua non apparent. Sed si cum decet contrarium Anton. in cap. cum vnusquisque. num. 13. de res. p. p. 1. & Franc. de Aretino al. leg. 3. num. 5. Anton. Gomez. n. 75. Molina. disp. 13. post medium. & colligitur ex Glossa dicta leg. 3. quatenus assignat hanc adu possessionis à viui ductum. Ratio verò est, quia nullibi cauetur custodiam in præsentia contractum apponi debere: nam verbum illud, simul atque appositam appositam, non denotat custodiam tempore em pignoris appositam esse; potuit enim post longum tempus apponit: id solum significat à puncto, quo conductio venditio contractus fuerit in præsentia, & in absentia. iuxta leg. si ego §. dicitur. ver. quid enim iuris est de iure dotum.

Quædam



12. Quid comparatur possessio figuratio rei. Si enim aliquo ligna ex Sylva, vel ex grege pecora incerta emris, & ex voluntate venientis ea tuo sigillo deliquis, predicta figuratio tibi possessio conceditur sine ligna, & pecora absentia sint siue presentia. Ut habetur. *leg. q. 104 si nquam in fine ff. de periculo, & commodo rei v. di. ubi videtur autem trabes, traditis quas emper signasset, ea nanque sigillatione profertur rem à se sigillatam propriam esse.* Neque obstat sigillationem non esse causam concludentem quod res sigillata tua sit, cum possit alius tuo sigillo per fraudem vii. *leg. ad testum §. si ab ipso. ff. de testamentis.* Quia possibilis alterius deceptio non impedit sigillationem à te esse factam, quia mediante rem emptam tuam esse faceris.

13. Nono possessio quaeritur per clausulam constituti? Nam si praecedente donatione, venditione, aliove titulo habili ad transferendum dominium, te possessorem constituis nomine eius rem alienasti, ipso quaeritur illi possessio: quia ea constitutio quasi procurator illius est, ut probat. *lex quod mos, leg. quibus a fide, leg. in re dicitur §. si. leg. si quis ante. ff. de acquirendo v. possess. leg. quod in mulier. ff. de rei vindicta. cap. cum venisset de rebus. spoliator cap. si diligenti de prescriptionib. & leg. regia. 9. ii. 30. par. 3.* Duplex tamen conditio intercedere debet. Prima ut si qui te nomine possessorem constituit verè possideat, alius non poterit alteri possessionem concedere. Unde si solum ciuitatis, vel naturaliter possideat eam tantum possessionem constituto communicabit ex *reg. nemo plus iuris ff. de Reg. iuris leg. in aditio in prin. ff. de acquirendo rerum domin. & alius rebus ab An. on Gomez. dicta leg. 45. numer. 78. & 84.* Secunda conditio, ut is in cuius fauorem factum est constitutum per se, vel per procuratorem mandatum habentem, consentiat. Nam cum constituis illius mandatum non habeat, neque in ea constitutione te tanquam procuratorem geris, sed solum tanquam negotiorum gestorem oportet ergo vis in cuius fauorem actus geritur consentiat, ut pleribus adductis firmat Anton. Gomez. dicta leg. 45. numer. 81. *cap. ad h. ff. Mol. disputat. 13. circa finem.* Hic autem consensus sufficit si medio procuratore praestetur. Et enim procurator speciale mandatum à Domino habens ad rem emendam, illiusque possessionem capiendam, si nomine sui Domini possessionem per clausulam constituti suo Domino concessam acceptet, ea acceptatio sufficiens est, ut Domino quaeratur possessio; quia ea acceptatione censetur Dominus acceptare, cum procurator Dominum representet. *leg. certis §. 1. ff. de pro. x. rio.* Ex alia parte clausula constituti operatur eundem effectum, ac si effectus vera traditio *leg. quod mos §. si vendit. ff. de acquir. possess. ergo.*

14. Ex his conditionibus plura forenti iudicio non leuiter concludentia inferre Anton. Gomez. Nam ex prima conditione resoluit. *n. 88.* Si procurator alicuius cum generali, vel speciali mandato ad vendendum, donandum, possessionem que tradendam vendat rem domini sui, & se constituit nomine emptoris possessorem, non obinde possessionem emptori concedit, quia ipse nullam possessionem habebat. Idem inquit, est si tutor, vel curator cum debita solemnitate rem pupilli alienat, & se constituit possessorem nomine illius in cuius fauorem alienatio facta est, nulla quaeritur ei possessio. Idem dicendum est de Syndico Ecclesiae, & ministerialis, de executoro testamentorum imò de herede antequam apprehendat hereditatis possessionem; quia cum possessione carent non possunt per clausulam constituti alteri conferre. Ob eandem rationem si constituitur non absolet, sed sub aliqua conditio, si possessorem emptoris constituit, non censetur quaerita emptori possessio quousque purificetur conditio. Quod si ipsa conditio post mortem constitutis implenda est, nulla possessio acquiri potest cum nullam habeat constitutis.

15. Si in constitutis nullam rei possessionem habens, sed solum detentionem possit per clausulam constituti hanc rei detentionem in alium transferre Latè disputat Anton. Gomez. *d. leg. 45. Tauri n. 90.* Et concludit optime posse quia nullum est inconueniens, quod detentionem quam nomine proprio constitutis habebat, incipiat habere nomine constituti, transferatque in ipsum virtutem, & efficaciam detentionis.

16. Dubium vero est, An rem alienam, & se possessorem constitutis per clausulam constituti, non minus illius in cuius fauorem alienatio facta est, eo ipso absque alia probatione censendus sit tempore constituti possessionem rei alienae habere? Cui dubitationi optime respondet Anton. Gomez. *numer. 85.* dicens: quousque is mouetur inter constitutis, semper esse indicandum hunc possessorem, quia constituto in re sua constitutis si nocet. Secus vero si is mouetur inter ipsum in cuius fauorem constitutum factum est, & inter alium tertium; nam eo casu non est praesumendum constitutis possidere, sed id probandum est ut censetur constituto quaerita possessio, quia est fundamentum iure intentionis. Ut docuit Bald. *leg. fin. Cod. de dicto diti. Adriani volendo quod §. 3. princ. & leg. ibi quaedam mulier ff. de rei vindicta in l. 7. in prin. & Socin. conf. 187. numer. 1. & vol. 2.* Hoc autem intelligendum est, nisi clausula constituti reperitur in instrumento antiquo, quia tunc etiam respectu tertij censetur proba-

*Et d. de Castro, de iur. & iur.*

ta possessio, eo quod ob antiquitatem instrumenti abesse solum praesumatur. Si enim cum pars producti scripturam antiquam manu Notarij signatam non obligatur probare illum fuisse publicum notarium, sed id tanquam certum praesupponitur, quod nullatenus praesumeretur si recens esset. Ut tradunt communiter Doctores in *cap. 1. de fid. instrumentor. & specialiter Bald. in Authen. quas actiones num. 18. Cod. de sacrosanctis Ecclesijs. & in leg. comparationes Cod. de fide instrumentor. & Iason. in leg. Barbarius. n. 48. ff. de officio pratoris.* à fortiori praesupponenda est veritas constituti antiquo instrumento confecti.

17. Ex secunda conditione quae est ut is in cuius fauorem constitutum factum est consentiat, inferre Anton. Gomez. *dicta leg. 45. Tauri. numer. 83.* si constitutis post appositam clausulam antequam is in cuius fauorem appositam est, rem alteri vendat, & tradat haec secunda venditio subsistit, neque potest ab illo primo constituto infirmari *ex T. x. n. in leg. quousque Cod. de rei vindicta.* Quod verum est tamen postea ratum habeat, quia illa ratificatio non potest impedire ius alteri quaesitum. E contra vero si postquam alter in cuius fauorem clausula constituti apposita est consentit, constitutis rem alteri vendidit, & naturaliter tradidit, is in cuius fauorem appositum est constitutum, praefertur: quia per clausulam constituti verè possedit, non minus ac si ipsi res naturaliter tradita esset. Ut dicitur in *leg. quod mos §. si venditio rem in fine ff. de acquir. possess. ubi non minus possidere capi quam si pedem finibus inuisissem, & notatur Gomez. numer. 92.* At si res vendita sit sub conditione per clausulam constituti, & pendente conditione alteri sit vendita & tradita, haec secunda venditio primae praefertur debet, quia prima venditione res alienata non fuit. Neque obest postmodum conditionem purificari de cuius natura est quod retrorahatur ad tempus contractus. *ex leg. postior. vers. videamus. ff. qui postores in ignore, quia id intelligi debet, dummodo tempore purificatae conditionis contractus iustitiae poster.* Quod in presenti locum non habet, cum non constitutis per secundam venditionem factam amiserit re possessionem. Secundo inferre idem Anton. Gomez. si is in cuius fauorem appositum est constitutum, consentiat, postquam constitutis deiecit est à possessione, eius consentum nullius fore vtilitatis, utpote qui accedit tempore quo constitutis incapax est possessionem transferendi. Ad idem est si consentiat post mortem constitutis, quia consentit tempore quo constitutis possessio extincta est.

18. Tertia via qua possessio quaeritur est ex legis dispositione. Et licet aliqui Doctores, Bald. *leg. 1. Cod. communis de legat in prin. numer. 1. & in cap. coningit. de dolo num. 1. Arcin. in leg. 1. ff. de acquir. possess. Segura in rebo. in leg. quousque modum col. 5. & de m. r. censent legis dispositione quaeri possessionem non posse absque vilo actu apprehensionis vero, vel ficto, quia id videtur esse de iure naturali & gentium; longe verius est oppositum. Vt docuerunt Innocent. & Abbas in *cap. quae in Eccl. suorum de cons. in fine & cap. de consuet. Bart. in leg. omnes populi ff. de iustitia & iure & in leg. raperos Cod. de Episcopis. & Clericis.* Paul. de Castro, Angel. de Perusio, Ludouic. Roman. Iason. & alij quos refert & sequitur Anton. Gomez. *dicta leg. 45. Tauri. n. 111.* & probat aperte Textum in *leg. quousque ff. de bonis ausbaris iudicam possidentis.* Vbi habetur, quod si quis à iudice mitti in possessionem non possit ob aliquod impedimentum ipso iure quaeratur ei possessio. Idem habetur. *cap. cum contingat. de dolo, & contumacia, & cap. cum Ecclesia Sura. de causa possess. & proprietat. & leg. regia. 7. tit. 4. par. 5. & leg. 45. Tauri.* Et ratio est manifesta. Nam possessio, illiusque effectus iure positio indudus est *argum. leg. egressus ff. de acquirenda possessione & leg. nemo Cod. ad m. r.* Sed ea quae iuris positum addiderunt, & variari possunt absque interuentu alicuius actus veri vel ficti ex sola legis dispositione, ut colligitur *ex Authen. sed Episcopalis dignitatis Cod. de Episcopis & Clericis. & Authen. quibus modis naturales officiantur legitimi. collat. 6. & in Authen. quibus modis mirale officiantur sui collat. 7. & leg. si is qui pro emptore. ff. de resuscipion. l. & ibi Bart. n. 29. & 42. Iason. n. 218.* Ergo optime potest legis dispositione quaeri possessio nullo actu vero, vel ficto interueniente.*

19. Quod ad feruitures, & iura incorporalia attinet, possessio quaeritur dupliciter. Primo si habens in unum mutatis à possidente in fundum cui est imponenda feruitus animo acquirendi eam feruitutem habet *leg. quousque. 2. ff. de feruitutib. leg. 1. vers. traditio ff. de serui. iur. vbi dicitur per d. leg. si à reiff. si se iuris vira. l. 2. & leg. 2. si par. em. ff. quousque modum. feruit. amitt. & aliis quae congerunt. Couarruu. *leg. post. ser. i. in prin. n. 8.* Anton. Gomez. *l. v. variat. cap. 15. numer. 23.* Et enim nullam est inconueniens iure sic disponente quod ex apprehensione vnius rei possessio alterius distinctae quaeritur *argum. 1. Cod. de donationibus, ac iure dispositum est sola immisione fundi feruitutem in illo comparari posse, ut constat ex supra dictis legibus, & specialiter ex leg. si ego. §. 1. ff. de Publician. vbi Textus inquit, si de usufructu tradito agatur publiciana dicitur; idemque de feruitutibus per traditionem constitutis vel patientiam. Ecce quilliter traditionem censet sufficientem esse feruituti constituendae. Nec restringenda est Doctrina per aliquibus placuit ad feruitutem vltimatus iuxta *leg. 3. §. de reo. ff. de usufructu, quia***

G 2



Plures ex predictis legibus maxime leg. si ego ff. de Publicana, & leg. via rei ff. de iur. iud. leg. 1. vers. traditio de seruitu. rusticor. pradior. generaliter de qualibet seruitute loquuntur vt bene aduertit Anton. Gomez. d. d. cap. 1. §. numer. 23. Molina tract. 2. d. §. iur. 14. post institum. vbi optime excipit iura incorporalia quae nulli rei corporalidherent vt est ius eligendi, praesentandi &c. haec enim non alia via quam electionis vii possideri possunt.

18 Secundo quaruntur seruitutes, & iura incorporalia per vsum, & exercitium tanquam ex iure debitum cum scientia, & patientia illius cuius intererat predicti vsum concedere, vel impedire habetur leg. quoties 2. ff. de seruitutibus ibi ego puto vsum eius iuris pro traditione accipiendum esse, ideoque interdicta veluti possessoria constituta sunt. leg. 2. Cod. de seruitutibus, & aqua, leg. 3. §. d. vers. ff. de v. s. u. Et alius supra relatis, & tradit ex communi sententia Anton. Gomez. Molina. locis citatis. ideo namque scientia, & patientia potentis concedere, vel impedire vsum seruitutis requiritur vt illis quaeratur possessio, ne alieni iuris fur & usurpator censatur. Est tamen latum discrimen, cum ex scientia, & patientia veri Domini habetur vsum, ac quando habetur ex scientia, & patientia detentoris, nam in priori casu si adest titulus eo ipso quaeritur possessio, & dominium, sicuti quaeritur per traditionem cuiuslibet rei corporalis a vero Domino factam. Si autem nullus adest titulus ipsemet vsum tempore legitimo continuatus sufficiens erit ad praescribendum. At si predictus vsum ex scientia, & patientia detentoris habeatur sola continuatione per tempus requisitum ad praescribendum obtineri illius dominium potest, iuxta leg. si ego. §. 1. ff. de Publicana. leg. fin. Cod. de longi tempor. praescripti. Sed an vnus actus, an plures requirantur, vt quis seruitutem, vel ius aliud incorporale obtinere censatur non constat inter Doctores. Placet sententia Panormit. cap. cum Ecclesia numer. 22. de causa possess. & propriet. arbitrio prudentis decidendum esse spectata natura actus, & circumstantiis occurrentibus.

Duo tamen sunt omnino certa. Primum si seruitus aliqua in vltima voluntate legetur statim ipso iure absque aliqua traditione vera vel ficta quaeritur legatario ius reale seruitutis. Vt expresse deciditur leg. si partem. vers. fin. ff. quemadmodum. seruit. amittantur. & pluribus comprobatur Anton. Gomez. r. 1. variat. cap. 1. §. n. 23. Secundum. Si vsum seruitutis, vel cuiuscunque alterius iuris hominum memoriam excedit ius, dominium, & possessionem inducit, neque opus est probare titulum, aut scientiam, & patientiam aduersarij, quia haec omnia ex tanto temporis vsu adeste praesumuntur, vt colligitur ex leg. 1. Cod. de seruitutibus, & tradit Glossa leg. hoc iure §. ductus aqua. ff. de qua quotidiana, & asina. Couartu. reg. possess. 2. p. initio. num. 8. Molina tract. 2. d. §. 14. in fine.

De possessione beneficij Ecclesiastici late dixi tract. 13. de beneficio. di. p. 2. pun. 32. & 38.

§. III.

Quae priuilegia competant possidenti?

- 1 Conceditur potestas praescribendi, & re in iudicio tenentur probare rem sibi competere.
- 2 Exiit nisi ius commune possidenti resistat.
- 3 Possit possessor suam possessionem armis si opus fuerit defendere.
- 4 Deicitus poteris armis eam incontinenti recuperare.
- 5 Procedit de iure non solum in possessione rerum corporaliu, sed etiam in possessione incorporaliu.

Primum conceditur possessori bonae fidei, vt elapso certo tempore rem, & illius fructus praescribat. Iuxta ea quae diximus de praescriptione. Secundo ne ob dubium praescriptione subortum rem a se abdicare, sed facta diligentia inuestigandi veritatem retinere possit. Tertio ne obligetur in iudicio probare rem sibi competere, sed id actori incumbere. §. commodum. institutionib. de interdictis §. aqua si agit. institutio. de actionib. leg. sicuti §. se de si quaratur. ff. si seruitus venditur & leg. 1. §. 1. ff. de iure. re. actibus priuato. Quod si actor manifeste suam esse non probauerit nihil obtinebit, sed in fauorem possessoris sententia profertur, quia melior est eius conditio. Vt dicitur §. retinenda instit. de interdictis, & docuit Panormitan. cap. cum super. n. 18. de sententia. & re iudic. cap. consultatiuibus. numer. 9. de officio delegati. Et ob hanc causam iudicium, seu lis in externo foro prius institui solet de possessione rei quam de eius proprietate, seu de eius iure ac dominio, vt inquit Iustinian. dictio. §. retinenda & leg. ff. vii possideri.

Ceterum etsi ordinarie possessori hoc priuilegium competat ne teneatur probare rem possessam suam esse, fallit tamen cum ius commune possidenti resistit, nam eo casu obligatus est titulum probare, ne male fidei possessori iudicetur. Vt aduertit Glossa ordinaria in leg. sicuti §. sed si quaratur verbo possessoris ff. si reus vindicetur. & leg. circa verbo in iur. iur. ff. de probationib. & leg. si prius verbo exisset ff. de noui operis nunciat. &

leg. sius possidetis. Cod. de probationib. & pluribus etnotat Tit. quel. de iure primogen. quaest. 17. numer. 2. Azevedo. leg. 8. num. 5. & 8. r. 9. lib. 3. noua collecti. Idem est quoties possessio quaeritur non potest absque titulo vel priuilegio, nam eo casu non tenetur possidentem ab onere probandi: vt eleganter tradit Bald. in leg. Titia col. 2. ff. Solutio matrimonio & leg. 2. numer. 74. Cod. de seruitutib. & aqua. & leg. non ignorat. numer. 10. Cod. qui accusare non possunt. Ialou. in dicta leg. si prius num. 450. & colligitur ex cap. cum persona de priuilegio. lib. 6. Huic tamen obijci potest videretur possessor satisfacere, si possessione probata titulum vt cuique probet, tamen non plene, & perfecte. argum. cap. cum venissent. & ibi Abbas. n. 8. de institutionib. maxime si ab aduersa parte titulus ille ignitus fuerit. Vt aduertit Ioan. Guercia. lib. 3. praed. quaest. 19. n. 31. & seqq. In possessione autem immemorabili nulla probatio ex parte possidentis requiritur, cum in ea omnia necessaria inuenerit praesumantur, vt supra dictum est.

Deinde potest possessor suam possessionem armis si opus fuerit defendere, vim vi repellendo cum moderamine inculpatae tutelae leg. 1. Cod. Vnde vi, & leg. 1. §. cum qui & leg. 3. cum igitur ff. de vi, & vi armata. & cap. oim de restitu. spoliator. Quod adeo verum est non solum cum ciuilibus, & naturaliter possidet, sed etiam cum solum ciuilem possessionem retinet. Etenim si foris retiens inuenias domum tuam ab alio occupatam, poteris armis eam expellere, quia ea expulso non est aggressio, sed ciuilibus possessionis defensio, quam amittere permittens illum in tua domus deiectione periret. Sicuti docuit Panormit. cap. item cum numer. 4. de restitutione spoliator. Anton. Gomez. leg. 4. tauri. numer. 190. Molina. tract. 2. d. §. 14. vers. illud etiam. Lelsius. lib. 1. cap. 7. dubit. 13. circa finem. Layman. lib. 3. sum. tractat. 1. cap. 7. num. 8.

Præterea deiectus a possessione suae rerum mobilium sive immobilium poteris armis eam incontinenti recuperare, seu ex interuallo ex textu in leg. 3. §. cum igitur ff. de vi, & vi armata & ibi Glossa. Bart. Angel. & communis Doctorum & leg. 1. §. cum vi eodem tit. leg. 1. Cod. vnde vi, quia ea recuperato vt potest incontinenti facta censetur possessionis defensio. Quippe iure suo disponente non recuperatur amissa possessio, dum quis illius recuperationi consentit insulit. Vt pluribus comprobatur Anton. Gomez. leg. 4. tauri. numer. 190. Consentim, & incontinenti dicitur possessionem quis recuperare, cum primò illius recuperationi commodè assistere potest atrenta condicione expellens, & expulsi, & reit ex qua expulsio facta est. Quod optime inter Anton. Gomez. recuperationem etiam post decennium factam posse quandoque incontinenti factam censeri. Consentit Molina loco citato. Qui optime aduertunt hoc esse intelligendum, cum propulsiuaria iniuria realis, secus verò cum personalis vindicatur, quia tunc tantum est permisiuam legibus ciuilibus in ipso actu & flagranti delicto, vt habetur leg. quid sit i. ff. de adult. r. iis, in qua permittitur patri posse filiam, & adulterum deprehensos in ipso crimine interficere.

Procedit praedicta Doctrina non solum in possessione rerum corporaliu, sed etiam in possessione incorporaliu, minima percipiendi vsum fructuum, iter ducenti, aquam decursum, hospitium habendi, eligendi &c. si enim ab his actibus exercenda impediatur, propulsiuaria iniuria potes seruatim moderamine inculpatae tutelae. Nam licet horum iurium sola deur quasi possessio, huic tamen possessioni competunt remedia possessoria vt verè, & proprie possessioni competunt ex leg. 3. §. vnde vi ff. de vi, & vi armata & ibi Angel. Abbas. cap. 1. de immunit. Ecclesia. numer. 6. Anton. Gomez. leg. 4. tauri numer. 191. Mol. disputat. 14. vers. duo hoc loco. Laym. d. cap. 7. numer. 8.

§. IV.

Quae remedia possessori concessa sunt, vt possessionem obtineat, retineat, & recuperet?

- 1 Referuntur remedia iure statuta.
- 2 Ex primo interdicto haeres vniuersalis defuncti postquam hereditatem adit, potest illius possessionem ab alio aliquo titulo occupatam consequi.
- 3 Praeter heredem vniuersalem nulli aliori competit recuperatio possessionis iurium a dipiscenda.
- 4 Ex secundo interdicto defenditur possessor aduersus quemlibet molestantem.
- 5 Competit contra quemlibet qui praetendit possidere sive naturaliter sive ciuilibiter.
- 6 Competit etiam pro rebus mobilibus, & immobilibus. Non tamen videtur pro annuis praesentibus competere.
- 7 Qua debent esse allegatio possessionis, vt effectum interdicti obtineant.

